


Johann Christoph Otto Bernhardus Dropius

Disquisitionum Academicarum Prima, De Ideis Increatis

Rostochii: Kilius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730154149>

Druck Freier  Zugang



Ru. 1653

Joh. Christoph Otto

Bund. Propriet.



78
DISQUISITIONUM
ACADEMICARUM

Prima,

DE IDEIS
INCREATIS.

Q V A M

DEO CLEMENTER PROMOVENTE
Consensu Amplissimæ Facultatis
Philosophicæ,

P R Æ S I D E

M. JOHAN-CHRISTOPH
OTTONIS,

*Die 12. Novembris horis antemerid, in Auditorio
Majori
tuebitur*

BERNHARDVS DROPIVS,
Westphalus.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, *Academiae Typographi.*

Anno MDC LIII.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

<http://purl.uni-rostock.de>
[/rosdok/ppn730154149/phys_0003](http://rosdok/ppn730154149/phys_0003)

DFG

DISPOSITIONUM
ACADEMICARUM

DE
RE

DE
RE

DE
RE

DE
RE

OTia te, *Dropi*, non præposuisse labori,
Testatur specimen, docto quod Præfide profers.
Hermannus Schuckman/ Th. D.
Prof. Ducal. Consistorii Assess.

Qui doctus cathedram Templi sermonibus ornas
DROPI, per nostram quoq; vis ita fama feratur
Nunc cum laude Scholam: sis certus, iusta parari
Pramia virtuti, sophiæ, rectoq; labori!

M. Bernh. Gosman, Prof. Publ.
Facult. Philos. h. t. Decanus.

EXornas, *Dropi*, cathedram templiq; scholæq;
Unde tibi & patriæ gloria multa subest.
M. Johannes Harberding, Pastor
ad Spr. S. Rostochii.

Exeris ingenii dotes, Doctissime *Dropi*
Perge, decus patriæ sis maneatq; tua.

M. Rembertus Sandhagen,
Ad D. N. V. D. M.

Ad Eximium ac Doctiss:

DN, BERNHARDUM DROPIUM,
Amicum de ideis increatis Dis-
putaturum.

ÆTerni Plastiæ virtus & regia laus est,
Tot voluisse animo species, (mirabile dictu!)
Totus, inexhaustus, vastus, quot continet, orbis.
Pollatum speculum cui mens est, talia nunquam.
Concipiet sobriè. Tu mens pia, proxima cælo,
Concipies, dextrè divina ænigmata solves;
I BERNHARDE novi DUCTORIS imago future,
Ideo in Christo tu sis maneatq; JEHOVÆ.

deprop.

M. Enochus Svantenius, ad
D. Jacobi Ecclesiastes.

Ad Eximium & Praestantissimum
DN. RESPONDENTEM.

Angelicus quodcumque chorus complectitur, omne
Quod vagus immensi circulus orbis habet.
Illud in aeternâ depictum mente, sacrisque
Expressum Ideis detegis atque doces.
Ipsa tuam illustret Jovæ sapientia mentem,
Inque sui laudem nominis omne regat!
Quod vovet

PRÆSES.

Laus magna est, operis studiorum incumbere privis,
Major, publicitus promere mentis opes,
Privatim, cessas nunquam litare Minervæ:
Te, facis, ut resonent pulpita Varniaca,
MiDROPI; hinc merito te laus augusta manebit;
In laudem summi vergat at ipsa DEI!

*Hæc pereximio Dno. RESPONDENTI,
amicissimo suo l. m. g. appon.*

J Althausen / Corbacc. W.


BERNHARDUS DROPIUS.

Per anagr. extrus. aspir. D. mutato in A.
ARDUA SPERNI; ORBUS.

Ardua si sperni cupias; eris Orbus honore:
Tibi, o Amice, nomen ecce! nuntiat.
Ergo hic perpendens, à te non ardua sperni,
Hac disputatione verè comprobas;
Quando tu, faciant cum cuncta creata negoti
Sat, evolas nunc increata ad entia.
Isto maeste animo, sic non eris orbus honore
Sed hic soli te, illic poli sequitur decus!

*sic Pereximio Dno. & Amico suo integerrimo
assurgere voluit debuit;*

Hermannus Erdman / Br





DISQVISITIO ACADEMICA

Prima,

DE

IDEIS INCREATIS.



Bstupescit & vere perficitur mens vivæ Sapientiæ indagatrix, quando per vestigia primæ bonitatis, creaturis omnibus suaviter impressa, imprimis Dei se revelantis bonitate adjuta, ad ipsum omnis veræ bonitatis & bonæ veritatis principium & abyssum invitatur & accedit. Quicquid in universo hoc pulcherrimo & spatiosissimo corporum circulo, quicquid in sacro mentium beatarum & intelligentiarum choro ordinatum, speciosum, amabile, sapientiâ & prudentiâ illustre reperitur, id omne in primo horum omnium principio, Imo in ipso formositatis, ordinis, sapientiæ & prudentiæ lumine, simpliciter, essentialiter, purissime, & immutabiliter existere deprehenditur. Suavis est sensibus tantus ille gemmarum & unionum terræ visceribus absconditorum fulgor; at omnis eorum pretiosa suavitas ex Dei potentiâ hæc suâ virtute incomparabiliter continente delibata est. Constans, varia, innumerabilis & fulgidissima est totius cæli, totque in eo inerrantium siderum, sui opificis honorem enarrantium, facies: At æterna & immutabilis illa lux est, unde hæc luminis æterni aposciafmata deducta sunt. Incapax est mens hominis vel numerandis, vel intelligendis tot terræ marisque viventium & sententium exercitibus, suo robore, ortu & obitu, varia pulchritudine, curæ & sapientiæ imitatione illustribus; At quicquid hic bonum & desiderabile id in ipsa horum omnium effectivi principii virtute

▲

emi-

eminentissima inesse intelligitur. Mentis nostræ, corporis humani (tanta sapientia elaborati ut totius universi Idea complexus, & mundus quasi exemplaris dicendum sit.) præsidis maxima est nobilitas: Et major ipsorum purorum actuum & intelligentiarum ab omni materiæ commercio segregatarum eminentia, unitas, simplicitas, sapiens veritas & prudentia optima; Verum participata Lux est, non comparandus rivulus est, omne quod in illis commendabile eminet, deductum ex primo lucis & absolutissimæ perfectionis, in qua eminentissime præexistunt hæc universa, parente & principio. Omnia sunt ab eo, vivunt & sunt in eo, tendunt ad eum, qui horum & principalis autor est, & conservator providus, & finis absolute ultimus.

Admirabile est veritatis studio quomodo mutabilia in ipsa primi entis immutabilitate; quomodo temporis ratio suis pegerime succedentibus articulis distincta, in æternitate; stupendi perfectionum gradus in ipsa perfectione, radicati indeque deducti sint. Non facimus cum illis qui creaturarum bonitatem in formali primæ bonitatis participatione collocant, quomodo producibile nil esse posset; sicuti essentialis Dei bonitas formaliter mutabilis non est: Dividimus autem omnem omnino divinam perfectionem in formalem & incommunicabilem productivæ, ad ulla creaturas, qualis æterna & simultanea vitæ beatæ possessio, infinita potentia, scientiæ, & præsentia ratio est. Et in perfectiones communicabiles, easque vel actu per illam in temporis principio factam communicationem concessas, vel nunquam communicandas despertimur. Communicatæ nobiscum perfectiones in se vel puræ sunt & ab imperfectione qua formalitatem suam remotæ; vel tales quæ in propria sua ratione aliquod imperfectionis contagium admittunt. Illæ, velut unitas divisionis, bonitas mali, intelligentia brutæ & indiscretæ inclinationis expers, tam creaturis quam productivo earum principio verè & propriè, at diversâ appropriationes ratione attribuuntur; creaturis sub notione accidentium, mutabilitatis, dependentiæ: Creatori vero eminenter, per essentiam, independentem & immutabiliter. Hæc vero perfectiones quæ à Deo quidem creaturis communicatæ, at non formaliter ab iis participatæ sunt, quæque adeo imperfectionem important, ut ratio ab ignoto ad notius procedens, sensus à materiæ conditione dependens, sermo rationis in corpore cohibita proditor, hæc inquam omnia non nisi virtualiter

qualiter Deo primo rerum omnium principio inesse deprehenduntur. Idque via duplici, quatenus scilicet omnes creaturarum actus effectivos, Deus etiam per se ipsum exercere potest, qualis inter præcipuos numeratur per generationem facta speciei continuatio, Deo via creationis eminentius possibilis: Vel quatenus habet omnibus istis perfectionibus excellentius aliquid, per quod tales actus v. g. hominis cognitivos, discursivos, sensitivos sua perspicuitate & intellectus lumine, non tantum æquando sed & longe superando attingere potest.

Sicut autem omnis participata perfectio à primâ perfectionis omnis mensurâ deducta in eadem vel eminenter vel virtualiter vel Idealiter ab æterno existit: Ita dispiciendum etiam superest, partim quomodo ab uno & simplicissimo tanta varietas proficisci, ipsaque indistinctissima Dei essentia in tot diversissimas essentias quasi abire & definire potuerit: Partim quomodo Dei bonitas in creaturis divisa & participata deprehendatur.

Quomodo Deus unus tam distinctissimas, simplicissimus tantopere compositas creaturas extra si constituerit eleganter in similibus exponit Dionysius de divinis nominibus, c. 5. lect. 1. In unitate, inquit, omnis numerus uniformiter præexistit & habet omnem numerum unitas in se ipsa singulariter, & omnis numerus unitur in unitate. In Centro omnes circuli lineæ secundum unam unitiorem existerunt, & omnes habent signum in se ipso, lineas uniformiter unitas & ad se invicem & ad unum principium à quo processerunt. In ipso quidem centro perfecte uniuntur, parum autem ab ipso distantes parum & discernuntur, magis distantes discernuntur simpliciter. Et in quantum centro sunt propinquiores in tantum & ipsi & sibi invicem uniuntur, & in quantum ab ipso procedunt in tantum à se invicem discernuntur. Nichil igitur est inconveniens ex obscuris imaginibus ad omnium causam ascendentes, supermundanis oculis contemplari omnia in omnium causa, & sibi invicem contraria uniformiter & unite, &c.

Quomodo autem stupenda & sapientissima Dei bonitas secundum varios perfectionis & communicationis gradus semet in creaturis expresserit & quasi effigiarit ex hoc intelligere datur; Sicuti divina substantia sui ipsius bonitas est, ita simplex substantia bonitatem divinam secundum id quod est participat, composita vero secundum aliquid sui eandem communicat. Composita
A 2
diverso

diverso perfectionis gradu primam substantiam attingit, dum forma vel omnem materiae potentiam adeo exhaurit ut nullus in ea appetitus desiderii ad aliam formam unquam affectandam remaneat, adeoque nullus vel dissolutioni vel potentiae ad capevandam aliam formam supersit locus: Vel dum forma non ita totam materiam complectitur quin aliquid potentiae ad excutiendam naturaliter formam, sicut id in Elementaris omnibus constat, adhaereat. Hinc quia privatio boni praesentis, aliquam imminenti mali rationem importat, hoc entium materialium genus, bonum quidem, ac mutabile & non sine oppositi mali permutatione bonum dicitur.

Neque hic inter substantiae ex materia & forma compositae species, ordo, participatae primae bonitatis desideratur. Materia enim in se extra formam perfectionem considerata imbellis potentia est: Forma perfectivus aliquis actus est, Et ex his substantia composita actu existens est per formam. Forma in se, compositum per formam, materia in ordine ad formam actum & notabilem bonitatem possidet. Hinc materia perfectionis infimae est, quae divinam bonitatem actu quidem Entitativo imitatur, ac facto ad actum formalem respectu ab eadem deficere videtur. Unde porro rerum omnium respective defectus & actus, recessus & accessus, propinquitas & distantia a Deo, prima perfectionis mensura considerari potest, secundum plures formalitatum gradus ab infimo & ignobilissimo principio materiae, per substantiam simplicem creatam, ad simplicissimam Dei perfectionem facto progressu.

Tandem etiam Deus perfectiones omnium (velut eminenter & virtualiter, ita &) Idealiter, sub specierum practicarum ratione, sive illae jam actu per creationem participatae sint a creaturis, sive exemplariter adhuc participabiles, aut nunquam participandae, continet. Et hic sese pandit divinarum Idearum, exemplarium increatorum, & divinae sapientiae de rebus ad extra producabilibus abyssus, mortalium nulli pervia nec plene cognoscibilis: ad quam represso gradu mortales se se in illud epiphonema involvant. O profunditatem divitiarum & sapientiae & cognitionis Dei! Quis cognovit mentem Domini, aut quis ei fuit a consiliis? Quoniam ex illo, & per illum & in illum omnia, ipsi gloria in secula! Omnium productorum, producendorum, & producibilium hic conditus est ordo admirabilis: Administrationis, iudiciorum gratiae & iustitiae, & decretorum modus in se incomprehensibilis

lis

lis & impervestigabilis, accamen (languidissime licet, obscurissime & tenuisse, quantum scilicet investigatione naturali datur,) apprehensibilis: abstracte & signate aliquomodo contemplabilis. Platonem in hac Idearum contemplatione summum bonum collocasse notum est, qui nullum jucundius animæ pabulum esse existimavit, quam hanc idearum reminiscenciam, quibus defixus & acubus compunctus, ob profundissimam contemplationem nihil sensisse dicitur: Augustinus libro 83. quaestionum q. 46. in harum Idearum laudem profectus anima, inquit, *negatur eas intueri posse, nisi rationalis, ea sui parte, qua excellit, id est ipsa mente atq; ratione quasi quadam facie vel oculo suo interiori atq; intelligibili. Et ea quidem ipsa rationalis anima, non omnis & qualibet, sed que sancta & puro fuerit hac asseritur illi visioni esse idonea, quarum idearum ratione fit beatissima.* Ergo age mens humana abstracta ab humili hoc terrenorum desideriorum confortio, subvecta per contemplationem ab affectuum & opinionum multiplicibus procellis, ad illos divinæ essentiæ immanentes & infinitos, pulchritudinis, nobilitatis, bonitatis & amabilitatis contemplandos & amandos thesauros abducere: in quibus omnia quæ sunt inveniuntur eminentissime; extra quos tantum bonitatis quantum extra Deum causam omnium amabilitatis existere deprehenditur!

THEOREMA. I.

Idea increata sunt forma & quidditates, in mente divina, aeterna & immutabiles, rerum producibilium.

§. I.

Idearum appellatio non eodem usu apud autores profanos & sacros passim exhibetur: Notat aliquando modum & differentiam uti ἐν πολλαῖς ἰδέαις πολέμων quis constitutus dicitur: Hermogeni dicendi genus est: aliis signat formam & speciem externam quomodo illud כּוּכּוּרַחַ מְרַחֵם מִכּוּכּוּרַחַ Dan. i. per ἰδέαν redditur & Plutarchus in Pericle hominem τὴν ἰδέαν τῶ σώματος ἀμεμπτον vocat: Ali-

A 3

quando

quando etiam internam; quomodo in versione illud כְּמִיתוֹ בְּצַלְמוֹ
 Gen 5.3. vertitur $\kappa\alpha\tau\alpha\ \tau\eta\upsilon\ \iota\delta\epsilon\alpha\upsilon\ \alpha\iota\tau\epsilon\varsigma$. Aliquando secundum expostio-
 nem scholasticam notat vel universale in essendo vel causando, in quo
 exemplariter causativo respectu à nobis hic adhibetur. Cicero l. 1.
 quæst Acad. hanc vocem speciem reddit, sola scilicet mente, ex Platonico-
 rum dogmate contemplabilem. Ludovicus Vives in Augusti l. 7. de ci-
 vitate Dei respicit ad $\epsilon\iota\delta\omicron\mu\omicron\iota$ videor, assimilor, appareo: *Idea* Plato-
 nicæ inquit ab aspectando sumi dicitur, quoniam qui aliquid est acturus *Ideam*
 inspicit, ad quam suam actionem aptet: *Ut pictori qui de exemplari aliquid*
pingit hoc exemplar est Idea. Idcirco sic finitur exemplar rei agendæ: sunt
 rerum omnium, apud Deum *Ideæ*, quas spectans ille fabricator mundi sin-
 gulas in lucem mundumq; edidit: Augustinus ipse l. 53. quæst. q. 46. t. 4.
Ideas Latine possumus vel formam vel speciem dicere, ut verbum ex verbo
 transferre videamur. Si autem rationes eas vocemus ab interpretandâ
 quidem proprietate discedimus. Rationes enim $\Gamma\rho\alpha\epsilon\lambda\omicron\gamma\omicron\iota$ appellantur,
 non *ideæ*. sed tamen quisquis hoc vocabulo uti voluerit à re ipsa non aber-
 rabit.

§. II.

Neque hæc Idearum appellatio & contemplatio $\chi\rho\epsilon\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \pi\rho\omega\tau\eta\upsilon$
 prodit, Eugub. l. 7. de peren. Philosoph. c. 12. Refert ex Trime-
 gisto & Chaldæis, *Ideas* esse Patris cogitationes & naturæ rationes uni-
 versales: & ex Plutarcho (quod itidem testatur Eusebius) Socratem
 Jonicæ sectæ perfectorem seculo VI. quarti mundi millenarii jam tum de
 Ideis disputasse. Eadem Platoni in *Timæo* & alibi. Aristoteli Plato-
 nis discipulo & emendatori. Ciceron. in *Tusc.* & *Acad.* quæstio-
 nibus. Senecæ epst. 66. Dionys: de div: nom. Patribus & Scholasticis
 doctoribus celebratissimæ. Quod Hipponensis præsul exprimens;
Ideas, ait. *Plato primus appellasse perhibetur, non tamen si hoc nomen ante-*
quam ipse institueret non erat, ideo vel res ipse non erant, quas Ideas vocavit,
vel à nullo erant intellectæ. Sed alio fortasse atq; alio nomine, aliis atq; aliis
nuncupatæ sunt. Licet enim cuiq; rei incognitæ quod nullum habet usitatum
nomen quodlibet nomeu imponere, Nam non est verisimile Sapientes aut nul-
los fuisse ante Platonem, vel istos quos Plato, ut dictum est Ideas vocavit quæ-
cunq; res sint non intellexisse: Siquidem tanta in iis vis constituitur ut nisi his
intellectis sapiens esse nemo possit.

§. III.

§ III.

Quod definitionem concernit vocamus, *Ideas increatas*, ut præsentem tractationem sequestremus ab eorum labore, qui Idearum rationem vel tantum Metaphysicam tradunt h. e. in solo respectu causandi; vel creatas Ideas seu exemplaria artificum poetarum directiva expendunt. Quamvis enim creaturarum Idea in ratione causandi & actu abstracto cum increatistita conveniant ut quicquid de una id etiam de altera in conceptu abstractivo sumtis dici queat, nobis tamen illæ quæ creaturarum sunt, non nisi incidenter, quantum ad divinarum expositionem facere possunt, expenduntur. Præterea increatas dicimus: ut eas à Platonis, Philonis & Clementis Ideis, /refutandis tamen, ob increatarum dilucidiorum futuram expositionem, separemus: *Formas & quidditates* dicimus non Metaphysicas totius scilicet actus; vel physis corporis naturalis constitutivas, sed exemplariter causantes in productione creaturarum omnium. *Eternas & immutabiles* salutamus quatenus sola intellectuione Dei constituuntur & quidem necessario ante actum voluntatis liberum. Hinc uti plura Deus facere potest, quam fecit ita plures etiam in eo Ideas speculationis quam operationis deprehendimus: Ab sint, Talmudistæ Deum fati impie, fingentes plures mundi formas condidisse & delevisse antequam disceret facere hunc mundum, quam impietatem nec illi qui mutabiles in Deo ideas statuunt effugere possunt. *In mente Dei* easdem existere probamus, non ad rationem specierum aut accidentis, sed per identitatem & simplicem intellectuionem quomodo Ideæ ex fonte divinæ essentia, quatenus ea imitabilis & participabilis est promanantes, mundum intellegibilem constituunt & Archetypum pulcherrimum & perfectissimum, sicut pulchrè Boetius de consol. prosâ 9. canit.

Tu cuncta superno

Ducis ab exemplo! Pulchrum pulcherrimis ipse

Mundum mente gerens, similiq; imagine formans.

Sed nec aliorum Doctorum definitiones Idearum naturam mirifice illustrantes audire distædeat. Dionysius c. 5. de divinis nom. lect. 3. *Exemplaria* (inquit) *sunt in Deo existentium rationes substantiæ, & singulariter præexistentes, quas Theologia prædefinitiones vocat, ut divinas & bonas voluntates, existentium prædeterminativas & effectivas, secundum quas substantialis essentia omnia prædefinit & produxit.* Durandus de S.

Portiano

Portiano in genere describit Ideam, *rationem apud intellectum existentem objective, ad cuius imitationem aliquid est producibile.* Wilhelmus Occamentis Anglus Nominalium ille princeps definit. *Aliquid cognitum ad quod agens aspicit in producendo, ut secundum ipsum aliquid simile vel ipsummet producat in esse actuali.* Augustinus l. 83. quæst. q. 46. *Ideæ sunt principales formæ quedam vel rationes rerum stabiles atq; incommutabiles, quæ ipsæ formatae non sunt, ac per hoc æternæ ac semper eodem modo se habentes, quæ in divina intelligentiâ continentur.* Et cum ipsæ nec oriuntur nec intereant, secundum tamen eas formari dicitur omne quod oriri & interire potest, & omne quod oritur & interit. Doctori Seraphico q. 3. de verit. art. 2. *est conceptus obiectivus (scilicet ipsa essentia Dei concepta ut causa) rei producendæ.* Doctori subtili *Idea est res concepta eadem efficienda per artem, &c.*

§. IV.

Existencia Idearum harum increatarum in mente divina; probatur à sapientia universi opificis, qua cum consistere nullo modo potest ignoranter illum omniscium, & nescientem universa visibilia & invisibilia condidisse, & aut ex necessitate, aut præter intentionem ex accedenti producturum alia, creaturas constitui. In omnibus enim, quæ non à casu generantur necesse est teste Thoma, formam esse finem generantis cujuscunque. Agens autem non ageret propter formam, nisi in quantum similitudo formæ est in ipso. Idque dupliciter. in quibusdã enim agentibus præexistit forma rei fiendæ secundum esse naturale, sicut in his quæ agunt per naturam. Sicut homo generat hominem & ignis ignem. In quibusdam vero secundum esse intelligibile sicut similitudo domus in mente artificis præexistit, quæ idea & forma dici potest, cui artifex opus assimilare intendit quam mente præconcepit. Universum ergo hoc quia non casu sed à Deo per intellectum practicum conditum est, necesse est Ideas & exemplaria admittere ad quorum similitudinem omnia confecta, intelligantur. Dices I. Cognoscens omnia per suam essentiam non cognoscit per speciem & Ideam. Atqui intellectus primus, Deus omnia comprehensive intuetur in essentia, E. simplici hæc & sine quibusvis Ideis facta intellectio & intellectualis productio constituenda est. Resp. I. non intelligit Deus per Ideas & species extrinsecus receptas, objectum suæ cognitionis; sed per ipsammet suam essentiam res omnes eminentissime & virtute divinâ continentem,

nentem. Rectè castigatur Platonis (ut ferunt, vel discipulorum eius) error, Ideas has increatas extra omnem intellectum, & singularia somnians. Resp. II. intelligit Deus per Ideas non omnia, scilicet, nec se ipsum, nec mala, aut privationes, sed sola producibilia, eaque non per Ideas tanquam species, sed simplici intellectione, quam, ubi ad producibilia terminatur, Ideam dicimus. Dices II. Manet tamen imperfectionem inferri ex eo, quod intellectus divinus determinetur & derigatur, hoc enim proprium Idearum officium est, Resp. Idearum intellectum determinantium ratio, aliquando aliunde conquiritur, ex similitudine, collatione & divisione, ex aliis materialibus desumpta, quomodo artifices suam intellectionem practicam informant. Deus autem omnes rerum veritates in se ipso continet nec aliunde inquirat, ad quas cum respicit effecturus aliquid, non imperfectionis sed perfectionis arguendus, cum sapientis sit nil temere facere.

§. V.

Dividitur communiter Idea I. in Externam, quæ est imago oculis objecta & ad imitandum proposita. Et internam, quæ in ipso animo & intellectu formatur vel intrinsece concipitur. Quamvis autem nihil quidem, dicente Seneca, referat utrum foris quis Ideam, ad quam se intuenti referat, acquisiverit; an intus sibi conceperit & ita posuerit, adeoque ex primo vocis, usu indifferenter tam extrinseco quam intrinseco exemplari attribuitur: Munus tamen Idearum maxime in internâ efficax esse deprehenditur. Dividitur II. in Ideam creatam & increatam non in respectu causandi, sed originis, quæ vel Deo coæterna, vel in hominum & angelorum mentibus ex conceptu nata intelligitur. Synonymum Idearum, exemplar est representativum objecti producibilis, Eodemque jure in materia Idearum increatarum, atque ipsa vox Idearum adhiberi poterit. Distinguunt quidem nonnulli Ideam ab exemplari, quod illud de divinis rationibus representativis, adeoque à solis Scholasticis Theologis adhiberi soleat: Hoc autem à Metaphysicis receptum vocabulum usurpetur. Item quod Idearum, conceptum formalem exemplaria, objectivum indicent. At gratis ea & præter usum configuntur. Quamvis enim faciles concedamus, ratione perfectionis exemplaria increata à creatis infinitum differre, in modo tamen representationis & causalitatis, unum sic aliud imitatur, ut cumque in statu abstracto de uno dicitur id etiam de alio (sicut, si in causa efficiente fit,) dici queat.

THEOR. II.

*Idea Platonica non nisi in Expositione Augustissimi
Patris Augustini, l. 83. quæst. q. 46, verarum
Idearum axioma tueri possunt.*

§. I.

AD seculum usque VII. Millerarij quarti, à mundo condito, veritas in gentilijs, suis cogitationibus evanescentium, animis captiva hæsisse videtur, donec in Platone, naturale lumen sincerius adhibente, respirare majoremque cultum & libertatem nancisci inciperet. Cum enim præcedentium seculorum Philosophi, uti in multis alijs, ita maxime in assignandis rerum principijs liberrime ineptirent, hic tandem ad primam causam Deum, & universalis naturam se convertens, & illum & Ideas celebrare incepit. At tamen sub multiplicibus scorijs aurum exhibuit, quod ipsum ob pleniorum Platoniarum Idearum cognitionem, additis nonnullis alijs, Academicæ Philosophiæ momentis, paulo altius repetere operæ pretium est. Statuit Schola Academica, ejusque præses Plato, summa duo rerum principia. Numen & Ideas. Deum incorporeum (præcedenti enim solis principijs Physicis & corporis naturalis, iisque perperam tractatis, Item numeris, facta à Pythagorâ applicatione Mathematicarum rerum ad res omnes, indormiverant) sive summum bonum, à quo mens Dei progenies, & hinc Fatum triplex dependeat. I. Naturale lex universi, præfiniens animæ mundi, cuiusmodi legis æternæ, quæ necessario fiant. II. Legale, quo voluntas libera obligatur, dicta in Phædro *θεοῦ ἄδρασθαι* lex vindictæ, à qua tamen nulla voluntati liberæ vis inferatur. III. Consecutivum, quod est præmii & pænæ fatalis: Sic pessimè (inquit) vitam agere, est in hominis arbitrio; puniri, est ex necessitate, legem consequente, fatali. Alterum principium perhibuit Ideas, juxta quas à Deo summo, universi fonte & *δημιουργῶτων ἀπάντων* teste Platonis discipulo Aristot. I. r. Eth. c. 6. profecti alii Dii subordinati, varijs choris, votis, sacrificiis colendis; ique vel i. semper à corpore soluti, genii, forruitorum confectores, oraculorum editores, precum ad Deum & hinc donorum delatores. Has dicit medias terram inter & æthera intersitas potestates,

states, per quas desideria ad Deum & ab eo merita ad nos permanent.
 Ex hac Dæmonum copia, autumavit Plato, singulis hominibus in vita
 agenda testes & custodes singulos additos, qui proponente hæc Apulejo
 Medaurenfis, in libello suo de Deo Socratis. p. 331. 337. æmini conspicui,
 semper adsunt, omnium non modo actorum testes, verum etiam cogi-
 tatorum. Ac ubi è vitâ remeandum est, eundem illum qui nobis ad-
 ditus fuit, raptare illico, & trahere veluti custodiam suam ad iudicium,
 atque illic in causa dicenda assistere, si quæ commentatur, redarguere,
 si qua vera dicat, asseverare; prorsus illius testimonio ferri sententiam.
 Proinde (*pergit*) vos omnes, quia hanc Platonis divinam sententiã, me in-
 terprete, auscultatis, ita animos vestros ad quæcunq;, vel agenda vel me-
 ditanda formate, ut sciatis nihil omnino præ istis custodibus; nec intra
 animum, nec foris esse secreti: quando omnia curiose ille participet,
 omnia visat, omnia intelligat & in illis penicissimis mentibus, vice con-
 scientiæ diversetur. Vel II. Dii illi secundum Ideas constituti, non liberi
 à corpore, sed aliquando in eo ut carcere occlusi tenentur, quales heroes
 aliquando reipublicæ integræ salutare exstiterunt. Omnes mundi partes
 hos animos implere sensit Plato. A cælo summo ad usque Lunæ cir-
 culum, esse animas æthereas. Infra Lunam, animas aereas quæ non ocu-
 lis sed animo pervideantur, heroes, Lares, genios: Hæ animæ inquit in
 Phædone p. 76. ex mente divina decerptæ, sunt prædita perfectæ rerum
 scientia, quæ post corpore induta tot nævis, & vitiis innumerabilibus
 deturpetur, ut agnosci nequeat, recolligenda per reminiscentiam.
 Quemadmodum Cic. l. i. Tuscul. ait. *Memoriam Plato vult recordatio-
 nem superioris vitæ. Nam in illo libro qui inscribitur Memnon, pusionens
 quendam Socrates interrogat Geometrica quædam, de dimensione qua drati,
 ad ea sic ille respondit ut puer: & tamen ita faciles interrogationes sint, ut gra-
 datim respondens eo perveniat quasi Geometrica dedicisset.* Horum ergo
 animorum in corpus immislorum pabulum quasi & summum bonum
 statuit Plato Ideas: Ita ut si legem præscriptam servaverint & jugiter
 Deo comites fuerint, usque ad alteram circuitionem, à supplicio sint fu-
 turæ immunes, & si perpetuo, ad possunt facere, perpetuo illæsa, &c.

§. II.

Ex his prolixius recensitis conficere jam est ea quæ ad Platoniarum
 Idearum rationem proxime faciunt. Prima sententia Platonis est: ani-
 mas æternis seculis, usque rerum omnium, in tempore factam, creatio-
 nem

nem antevertentibus, secundum Idearum, in mente Dei existentium formam productas, in corpora immitti, in quibus Idearum illarum contemplatio, uti ab aeterno, sic & in carcere illo summi boni loco sit. Existimant nonnulli Platonem occasione illius Mosaiici oraculi latissime eo tempore fulgentis, & forte etiam ad Platonem delati, quod exstat Gen. 2. **וַיִּפְחַח אֱלֹהִים בְּנֶפְשׁוֹ אֶת הָאָדָם** commotum, asseruisse animas ante tempora conditas, Idearum beatissimo pabulo (quandiu ab enormitatibus à legali fato discedentibus manserint intemeratae) fuisse beatas. Verum enimvero, ipsa primæ veritati conformis; hoc est sana ratio, hujus commenti vanitatem elidit. Nullus enim actus ad aliud complendum naturaliter ordinatus, potest naturaliter beatus extra suum actuum, ad quod ordinatus est subsistere. Atque talis actus corporis organici vitam habentis potentiâ, est anima est: Dices I. ex Alcibiade & Phædone Platonis, animam æternis Ideis perpetuo beatam, non uniri corpori sicut forma, ad actum materiæ, ordinata sed sicut motor mobili, sicut sol sublunaribus, intelligentia corpori, ita animam assistere corpori per contactum virtutis. Resp. Virtualis contactus non unum per se scientificum & definibile, sed unum per accidens constituit, Dices II. ex sententia Platonis, hominem non esse aliquid compositum ex animo & corpore, sed quod ipsa anima sit integer verus homo (corpus enim esse corruptibile) sicut Petrus v.g. non sit aliquid compositum ex homine & indumento, sed homo utens indumento. Resp. Homo est ex ipsius Platonis confessione sensibilis, At anima non est sensibilis, E nec homo est. Præterea actio animæ & corporis una est. At diversorum creatorum qua esse & supposititalitatem, non est una numero actio. Dices Moventis & moti est una actio, hoc patiente, agente illo, ita & hic. Resp. Anima in multis actibus e.g. sensitivis se non habet ut movens sed ut patiens, & à speciebus mota. Verum hoc impossibile esset nisi in unum anima & corpus conspirarent *ὁμοθυμαδον*.

Dices ex sacris oraculis, animam sufflando, tanquam ante existentem in corpus immissam esse, in imitamentum omnis sequentis generationis. Resp. Cum P. Lomb. sent. 1. 2. dist. 17. Deus animam infundendo & inflando creavit, & creando infudit. Illa in nares seu faciem facta insufflatio quibusdam quidem notat, animam, Dei Spiritu in corpore Adam creatam fuisse, quæ per nares flando & reflando se

do se patefaciat: alius vera est insufflatio, quâ filius Dei, assumpta humani corporis specie, in nares jacentis in terra humani corporis insufflavit, qualis mysticus afflatus, exterioris creationis caractereat. Alii Deus hoc ipso significare voluit, vere se in isto corpore creasse animam, eiq; dedisse ut spiraret & respiraret, vera scilicet testimonia vitæ; commonefacturus nos de sua erga nos tanquam vitæ nostræ auctoris benignitate. Alii denique adumbrat quod sicut flatus al. unde quam ex corpore, in cuius nares immittebatur, advenit, sic animam corpori inditam non esse ex illis corporis conditione materiali, sicuti brutorum se habent animæ, sed de foris ut nobilissimum spiritum concessum esse. Quæ omnes piæ considerationes metam tandem ad eandem, diversis viis, citra fundamenti diversitatem, contendunt, dum prima efficientem ipsum; secunda mysticum spiraculi modum; tertia creativæ virtutis veritatem; quarta hujus finem exhibet. Radice, factæ scilicet creationis in tempore, contra omnes Idearum ab æterno contemplatrices mentes, manente inconcussa. Posita autem hac Platonis mente de Ideis & eandem, contemplatricibus mentibus, sicuti sat enormiter ipsum in origine Angelorum & animarum errasse asserimus; Ita eundem in assignanda Idearum sede & quidditate, quam omnium creabilium in Deo exemplariter existentem essentiam statuit, à vero non discessisse judicamus.

§. III.

Secunda, quæ Platoni passim impuratur de Ideis sententia est; quod easdem non in divina mente sed extra eam constituerit, & universalialia à singularibus sejuncta esse dixerit. Cum enim omnes ante eum Philosophi sicut in præcedentibus dictum, fuit in assignandis rerum principiis, nullis universalibus, sed solis corporis, misere cespitassent; ipse tandem Pythagoricorum doctrinam secutus, & Heracliti assuetus opinionibus, alias res à sensibilibus universales scilicet, at eas separatas invexit. Ita ut omnium rerum finitarum circulum in tres disperteretur classes. Primam sensibilibium & fluxarum. Secundam Idearum seu universalium separatarum: Et id hac occasione: Cum in Cratylo res omnes fluxas esse & inconstantes, quarum nulla detur scientia; Ex Socrate autem universale definire & scientia complecti dedidisset: Ipse res eas quæ stabiles essent, quæq; sub scientiam & mentis infallibilem cognitionem venirent, à rebus omnibus separatas (secus atq; Socrates

B ;

qui

qui conjunctas eas esse dicebat) statuit atq; Ideas vocavit, l. 13. Metaph. c. 4. Hominis essentiam, à singulis hominibus, equi ab equis singulis secretam *αυτοάνθρωπον, αυτοίπον*, sensibilibus vocem *αυτὸ* addens appellavit l. 7. Metaph. c. 16. Sensibilia vero ab his & esse & nomen (imitatus in hoc Socraticos) participare contendit. Ita tamen ut cum illi res omnes entia esse dicerent numerorum *μιμήσει* & imitatione: Plato res omnes entia esse contendit *μεθέξει* & Idearum participatio-
ne. Relationum tamen, malorum, privationum, fictorum nullas sed Synonymorum tantum Ideas concessit. Tertiam rerum & principiorum classem confecerunt Platoni Mathematica, Unde celebres illi numeri Platonici seu si mavis Pythagorici, quorum ratio (obiter pro complenda Platonis sententia de Ideis) hæc est. Pythagoræ discipuli æquales Leucippo & Democrito, Mathematicis studiis affluenti Mathematica rerum Principia constituerunt. Numeros enim res omnes naturales anteverrere judicantes, ex monade & indeterminata dualitate numeros, ex numeris puncta, ex punctis lineas, ex his figuras planas, ex planas corpora solida, ignem aerem aquam terram adeoque omnia nasci putarunt. Hinc omnium rerum proprietates sua symmetria constantes, numeris tanquam earum essentis ascripserunt. Animam in unitate seu simplicitate, unde potentiâ dependeret quaternio mentis, scientiæ, opinionis & sensus, consistere censuerunt &c. De quibus omnibus Diogenes Laertius l. 8. in vita Pythagoræ & Plutarchus, pluribus.

Hos numeros Plato secundum genus, rerum à singularibus separatarum statuit, medium quid inter Ideas & res sensiles, in hoc tamen ab Ideis distinctas, quod cujusvis speciei unica tantum Idea esset, numeri vero plures in una specie darentur. Sicut autem Ideas causas rerum esse dixit earumque rationem rerum omnium elementa: Ita magnum & parvum quasi materiale Idearum principium, unitatem quasi formale esse voluit. Rationes quibus Idearum, in exposito sensu intellectuarum, existentiam conficere laborant, Alias petunt ex scientiarum natura, quæ agant de necessariis & æternis, cum singularia omnia sit inconstantia & corruptibilia: Ast hoc modo omnium rerum danda forent Idææ, quod Platonici tamen concedere nolunt. Alias rationes petunt ex natura unius: omne unum à multis esse separatum, unum enim multa non sunt, sed & unum à multis est participatum, quia ex illo

cor-

constant: Sic etiam Ideas, à multis eas participantibus, separatas esse, quia unum (universale puto) multum esse nequit: Ast hoc modo etiam negationis idea dari deberet, quod tamen non concedunt, sicut non homo est unum quid, & à multis participatum est &c. De his omnibus præsentis Sententiæ dictis tandem hoc à Philosopho iudicium constituitur: separata species nihil conferunt sensibilibus vel ad motum, vel ad scientiam, vel ad esse, cum non existant in iis, nec sint rerum substantiæ, sed hæc ad Idearum similitudinem tantum expressa statitur. Dicuntur enim Ideæ ab inspiciendo, quod agens eas inspiciat & iis simile quid faciat. At non immerito quis quærat quid tandem in rebus naturalibus agat ad ideas respiciens? Quandoquidem & esse & fieri quid potest alteri simile, licet ad imaginem ejus non exprimat: generans enim hic sufficit & causa est, ut species sit in materia l. 7. Metaph. c. 8. Itaque ideas dicere *κενολογεῖν ἐστὶ καὶ μεταφορὰς λέγειν πικρὰς*; seu facere lusus cytharæ & cicadæ cantus l. 1. post c. 19.

§. IV.

Tertia de Ideis Platoniciis sententia est, illa omnium maxime verisimilis quam Augustinus pro defensione Platoniciæ Philosophiæ assert: indignum ratus tanto philosopho (de quo l. 8. de civ. Dei c. 5. Non solum, inquit, ista quæ duæ Theologiæ continent fabulosa sc. & civilis Platoniciis philosophis cedant, qui verum Deum & rerum autorem, & veritatis illustratorem, & beatitudinis largitorem, esse dixerunt: Sed alii etiam omnes philosophi qui corporalia naturæ principia, corpori deditis mentibus opinati sunt) tam propudiosa à vero aberrare. Exponit autem illam de Ideis, & à Platone veram intentam sententiam de universali in causando exemplariter, quomodo ab æterno mundus intelligibilis in mente Dei, ut omnium exemplari causa latuisse recte creditur. Franciscus Sverezius t. 1. disp. 6. s. 2. de universalium indistinctione reali ab individuis agens, ita concludit. Adeo manifestum est & per se notum universalia scilicet à singularibus non separatim existere, ut incredibile videatur Platonem docuisse contraria eo sensu quo 1. & 7. Metaph. & alibi Arist. illi tribuit. August rem omnem pro Platone sic limpidiissime exponit. *Quis aut religiosus aut vera religione imbutus, quamvis nondum possit hæc intueri, negare tamen audeat, imo non etiam profiteatur, omnia quæ sunt, id est quæcunq; in suo genere propria quadam natura continentur, ut sint, Deo autore esse procreata, eoque autore omnia quæ vi-*

vuno

vunt vivere, atq; universalem rerum incolumitatem, ordinemq; ipsum quo ea quæ mutantur, suos temporales cursus, certo moderamine celebrant. Summi Dei legibus contineri & gubernari? Quo constituto atq; concesso, quis audeat dicere, Deum irrationabiliter omnia condidisse. Quod si recte dici & credere non potest, restat ut omnia ratione sint condita: nec eadem ratione homo quæ equus, hoc enim absurdum est æstimare. Singula ergo propriis sunt creata rationibus. Has autem rationes, ubi arbitrandum est esse, nisi in ipsâ mente creatoris? Non enim extra se quicquam positum intuebatur ut secundum id constitueret quod constituebat; nam hoc opinari sacrilegum est. Quod si hæc rerum omnium creandarum creatorumve rationes, in divinâ mente continentur, neq; in divinâ mente quicquam, nisi æternum atq; incommutabile esse potest: atq; hæc rerum rationes principales appellat Ideas Platonis, non solum sunt Ideas, sed ipsæ veræ sunt quia æternæ sunt, & ejusmodi & incommunitabiles manent, quarum participatione fit, ut fit quicquid est, quoq; modo est.

THEOR. III.

Idea Philonis, & Dionysiani illius Clementis, verarum & æternarum Idearum rationem nullo modo attingunt.

§. I.

PHilo Hebræus, sacris nostris non initiatus, qui sub Caligula scriptis celebris vixit; Inter alia in V. T. expositione, occasione verborum eorum Gen. 2. *עשה יהוה כול שיהיה טרם והיה וכול עשה* novam & insolentem idearum faciem depingit. Verba ejus in libro de opificio mundi hæc sunt. *Nullo creato exemplari, in faciendâ humana anima Deus usus videtur, sed solo suo ipsius verbo, ideoq; narratur, effigiem & imitamentum fuisse hunc hominem inspiratum in faciem.* Statuit hic Judæus, Deum ubi mundum condere voluit, excogitasse intra se & produxisse mundum aliquem intellegibilem, à quo postea velut ab exemplari res sensiles deduxerit: Solam autem humanam animam sine exemplo creato factam, sicuti dicitur Creavit Deus hominem in imagine sua. Huic opinioni favere etiam videtur illud Eccles. c. 1. 4. *Prima omnium creata est sapientia, scilicet illa univer-*
salis

falsis mundi Idea, ad cuius delineationem omnia postmodum perfecta sunt. At ipsa sana ratio falsis his somniorum syaviludius reclamatur. Si vel animæ, vel ullius alterius creaturæ, creatum aliquod existisset exemplar, illud vel singulare, vel universale ens fuisset, quando, quidem inter hæc nihil mediat. Singulare ens, quod maxime videri poterat, non fuisse constat primo: Si omnium creaturarum dantur exemplaria, & hæc exemplaria (ut dicitur) creata fuerunt; sequitur horum alia, & horum iterum alia in infinitum requisita fuisse, quod absurdum! Dices hæc exemplaria fuere æterna. Resp. Si hoc; aut fuerunt ipse Deus, aut certe inutilissima, cum æterna exemplaria, (ad unum enim tandem deveniendum quod exemplatum non sit) condendis rebus sufficiant. Secundo, conceptus divinus de mundo constituendo, aut est aliquid à divinâ essentiâ distinctum, aut idem. Si hoc, conceptus ille seu mundus intelligibilis non est exemplar creatum: Si prius, essentia divinæ aliquid accidit, & in tempore supervenit, ut in Deum cadat alteratio, quod contradictorium est. Dices cum Platonice, creata illa exemplaria esse aliquid universale. Resp. Universale seorsim sine singularibus existere nequit; quod probamus primo: omne ens vel est productum vel improductum. Universale autem, nec est productum, quia omne productum est singulare. Nec improductum, quia talis solus Deus est. Secundo, Nullum divisum de eo à quo divisum est, prædicari potest. Universale illud hominis (per te) loco divisum est à singularibus. Ergo de illis prædicari non potest, neque dici Philo est homo, quod ipse è suo schola eliminatum velit.

Dices Gen. 2. dicitur virgultum agri creatum, antequam esset in terris, & omnis herba agri antequam oriretur. Resp. Sensus simplex est: Deum omnia fecisse in mundi exordio, cum antea neque ullum virgultum è terrâ natum, nec ulla germina ex plantis & herbis generatione ordinariâ produissent. Dicit enim, Deum creasse omnem herbam antequam oriretur, eo nempe modo quo jam ordinarie oritur, vi solis & pluviae, uti ex verbis vicinis evidens evadit. Neque enim pluerat Jehovah Elohim supra terram nec quisquam erat qui coleret eam. Dices Eccles. 1. hanc, exemplarem sapientiam ante mundum conditam dici. Resp. condita dicitur abusive, ut sapientia ea quæ est apud Patrem à seculo in seculum, sicut subjungitur.

§. II.

Clementis illius, cuius mentionem facit Dion, de div. nom. opinionem

nionem ipse e. 5. lect. 3. ita exponit. *Eo quod Philosophus Clemens probat, ad aliquid quidem exemplaria dici in existentibus principaliora* (hoc est nobiliora quævis, in entium genere, ignobiliorum exemplaria dici) *procedit quidem non per propria, perfecta, & simplicia nomina.* Sensus est. Exemplar est secundum quod sit aliud, ut sic exemplar imiteretur. Res autem non sunt factæ, ut imitentur aliqua superiora entia, sed ut in eis impleatur, quod divina sapientia ordinavit. Unde non sunt proprie rerum exemplaria, quæ sunt rerum principalia, nec sunt perfecta exemplaria cum & ipsa aliis exemplaribus indigeant; Non sunt etiam simplicia, qua sunt simul exemplaria & exemplata. Concedi aliquo modo potest, quod sint exemplaria, non quidem, ut eis finaliter conformemur, sed ut per eorum considerationem tendamus in Deum, cui conformari debemus.

THEOR. IV.

Essentia divina ut imitabilis, Idea increata non est.

§. I.

Rejectis opinionibus illis quæ aperte à vero abeunt, ad eas proficendum est, quæ apud Scholasticos Theologos, Imprimis Subtilem inter & Angelicum Doctorem, foventur controversiæ. Thomas Aquinas de Ideis id sensisse dicitur (neque enim optimi ejus Interpretes hanc verborum ejus fuisse sententiam, concedunt quam ipsi Scotus perpetuus ejus refraganeus, 1. Sent. dist. 35. imponi) scilicet quod ipsa Dei essentia, quatenus potentiæ suæ complexu rerum omnium essentiam & proprias rationes continet, & quatenus omne ens aliquem perfectionis & entitatis gradum ab ipso participat, sine respectu ad intellectum (sine qua ne Idea cogitari quidem potest) sit Idea & exemplar omnium. Hæc sententia ut ex ipsis fundamentis eruta exhibeatur, simul & Reverendiss. Thomas veritatis propugnator vehementissimus, à suspitione falsi liberetur, verba ejus ex aureo illo contra gentiles opere. l. i. c. 54. ut in quibus præsentis Sententiæ radix hæere dicitur, hæc describenda sunt. *Divina essentia in se nobilitates omnium entium comprehendit: non quidem per modum compositionis, sed per modum perfectionis.* Forma autem, tam propria quam communis, secundum illud quod aliquid ponit, perfectio quædam est. *Intellectus divinus id quod est proprium, unicuique in essentia sua comprehendere potest, intelligendo in quo ejus essentiam imiteretur & intelligendo in quo à sua perfectione deficit*

ANIM

anumquodq;, utpote intelligendo essentiam suam ut imitabilem per modum vite, & non cognitionis, accipit propriam formam plantæ: si vero ut imitabilem per modum cognitionis, & non intellectus, propriam formam animalis, & sic de aliis (& interjectis quibusdam pergit) Unde cum hoc sit secundum quod Deus intelligit, proprium respectum assimilationis, quam habet unaquæq; creatura ad ipsum, relinquitur quod rationes rerum in intellectu divini non sunt plures vel distinctæ, nisi secundum quod Deus cognoscit res, pluribus & diversis modis esse assimilabiles sibi. Et secundum hoc Augustinus dicit, quod Deus alia ratione fecit hominem, alia equum, & rationes rerum pluraliter in mente divina esse dicit. In quo consistit aequaliter Platonis opinio ponentis Ideas has, secundum quas formantur omnia quæ in rebus materialibus existunt. hæcenus Thomas. Pro elucidanda hac sententia suppono primo. Ideam hic dici propriam rationem: Propria autem ratio in respectu repræsentandi venit bifariam (1.) notat generaliter omnem id, quod quoq; modo rem repræsentat, sive formaliter ut exemplar verum; sive materialiter & effective: Ita Deus omnium creaturarum rationem propriam continere dicitur, virtualiter & effective. Hoc ipsi non convenit ex ipso intellectu, concipiente essentiam divinam cum habitudine ad creaturas, sed ex plenitudine perfectionis suæ, qua omnium rerum perfectiones continet. Nisi enim in se ipsa rerum omnium perfectiones (ut in præliminaribus confectum est) possideret, non possent res per essentiam cognosci. (2.) notat ipsam rerum exemplarem quidditatem, quæ non est nisi intellectu divino, qui concipiendo suam essentiam, & simul omnem virtutem & potentiam, omnemq; modum quo ex essentia divina aliquid deduci & dependere potest, propriam rerum rationem concipit: hinc propria rerum ratio est quidditas rerum ab æterno, in mente divina, ut exemplar imitabile præexistens: Et in hac posteriore hujus phræcos acceptione intelligimus Angelici Doctoris de Ideis sententiam. Eandem sententiam pandit Franciscus de Sylvestris Ferrariensis, quando ait: Deus cum dicitur quod cognoscit essentiam suam ut propriam rationem, non est sensus quod æstimet ipsam esse propriam rationem: Sed quod cognoscit ipsam essentiam divinam, quantum ad id unde habet, quod sit propria rei ratio. Sicut cum dicimus, intellectum nostrum concipere propriam rationem hominis, non intelligimus quod accipiat illam esse propriam rationem hominis, quia illud ad reflexam cognitionem pertinet, sed quod format

conceptum hominis, qui sic ab intellectu formatus est propria hominis ratio. &c. Eodem modo adhibetur vox Idea, & exemplaris bifariam, scilicet vel pro exemplari virtuali, materiali & effectivo, vel pro formali & repræsentativo practice.

Suppono secundo Intellectum tripliciter circa rem intellectam occupari posse. I. In quantum est similitudo rei præcise, hoc est in quantum intellectus utitur, ipsa similitudine, ut medio per quod rem cognoscit, & sic nullam habet considerationem de ipsa forma, sed tantum de re per eam repræsentatâ. Hanc vocant proportionaliter Phisici speciem ut quam, rem qua cognitam, id in quod mens actu directo fertur. II. In quantum illa forma talis res est; forma qua forma. Speciei esse habens in anima; & sic nullam habet de re repræsentata cognitionem; in quam mens actu reflexo tendit. III. In quantum utraque hæc forma ad se invicem confertur: ut cum cognoscimus unum esse alterius repræsentativum, utrumque perspicendo. Simili modo Deus triplici modo versatur circa essentiam suam eam cognoscendo I. simpliciter in quantum est talis res: sic intelligendo essentiam suam, non concipit ut propriam rerum rationem & Ideam. (2.) In quantum utitur essentiâ, sua ut medio per quod sibi res creatæ repræsentantur, neque sic proprie exemplar rerum dici potest (3.) in quantum se intelligit imitabilem à creaturâ & hoc (quod bene curandum) dupliciter contingit, dum nempe se vel simpliciter concipit, sub ratione universalis in causando, quatenus à se creaturæ deduci possint, neque sic est Idea à nobis proprie intenta. Vel & quantum considerat se ut imitabilem, hoc vel illo modo, per hanc vel illam essentiam &c. & hæc cognitio (cujus fundamentum fuit essentia ut imitabilis) proprie dicitur rerum creabilium increata Idea, quatenus scilicet intellectus divinus in comparatione stat sui ipsius, ad rem producibilem, extra se potentiâ existentem; & in quantum per ideam illam, eo modo quo res ex essentiâ sua deduci possunt, præsentem eas intuetur. Hinc est evidens, quod intellectus divinus, apprehendens essentiam suam simpliciter, vel etiam ut imitabilem, non nisi exemplar rerum materialiter concipit, quia apprehendit illam rem quæ est exemplar denominative, non autem apprehendit proprium exemplar formaliter, quia non apprehendit ipsam cum habitudine ad rem, ex qua formaliter habet, ut sit propria ratio, & proprium exemplar. Sicut apprehendens naturam animalis absolute,

appre-

apprehendit genus materialiter, quia apprehendit illam rem quæ denominatur genus, non tamen formaliter, quia non concipit cum habitudine ad species, ex qua aliquid habet ut formaliter & completive sit genus; Sic intellectus divinus apprehendens essentiam cum habitudine hujus, illius, & omnium imitationis à rebus, apprehendit proprium exemplar & propriam rationem rei formaliter.

§. II.

Hinc pro decinenda controversiâ hac: an Idea in Deo sit ipsa divina essentia ut imitabilis: Dico. I. Deus formaliter à nulla creatura est imitabilis. Infinitum infiniti causa esse nequit, Infinitum enim est independens, & omne quod ab uno infinito prodiit, non nisi dependens esse potest. Superat Deus in esse suo formali, divino, infinito, creaturas omnes infinities, & infinito modo; Ita ut qua talis Deus, imitabilis nullo modo sit. Dicitur tamen imitabilis, quatenus virtute ejus per creationem, creatura aliquid esse accipere potest, quo ipsi sit similis aliquo modo, & dissimilis: Dissimilis, quatenus nulla causa effectum secum nullo modo convenientem producere potest: Dissimilis, inquantum excessus divinæ perfectionis, citra contradictionis incommodum, nulli creature attribui potest. Dico II. Essentia divina hoc modo imitabilis idea non est. Idea enim forma cognitionis est, quæ rem Ideatam, vel exemplariter producibilem, exacte secundum omne sui & omnem modum delineat. At essentia divina qua imitabilis & extra respectum cognitionis sistitur, nec forma seu Idea cognitionis est, neq; qua talis (in modo considerandi nostro, alias nihil est in Deo quod non sit ipse Deus) creaturas exemplariter, sed tantum effective, eminenter, & virtualiter præsentat. Esse vero eminentiale non est ipsissima forma rei Ideatæ. Sicuti homo Idea plantæ dici non potest, eo quod illam in se, qua animam vegetantem, continet, neq; pictor ex intuitu hominis plantam pingere potest: Ita neq; Deus (distincte conjuncta apprehendo, salva simplicissima ejus identitate) secundum id Idea hominis dici potest, secundum quod hominem in sua virtute, sed quatenus eum in cognitione sua practicâ continet. Dico III. Fundamentum & fons Idearum est divina essentia, cognita ut imitabilis, & participabilis à multis creaturis. Propterea, cum Deus hominem producere voluit, non tantum intuitus est

C 3

suam

suam essentiamus imitabilitatem; Sed & modum omnem quo creatura determinata, ab hac indeterminatâ essentia esse potuit: Hæc possibilis creatura, distincta ab aliis, adornata suis essentialibus, conceptaq; secundum omne sui quo à Deo produci potest, existens in intellectu Dei Ideæ rationem habet. Hinc Scoti subtilis sententia est: Posito per impossibile, quod Deus cognosceret suam essentiam & virtutem quatalem, non cognitis ipsarum rerum quidditatibus, nec intellectualiter, neq; per Ideam produceret quod produceret. Rursus posito per impossibile quod cognosceret creaturam producibilem non considerata vel essentia sua, vel virtute, rationabiliter & per Ideam produceret quod produceret. Acutissimus Meurisse l. i. Meraph. q. 17. in hanc sententiam recte. *Non aliter (inquit) Deus produceret creaturam ex Idea, se produceret illam aspiciendo ad essentiam suam, secundum esse formale, quam si artifex aliquis, ex intuitu elephantis, produceret muscam, imo longe minus, ut patet, propter distantiam infinitam, que intercedit inter Deum & creaturam.*

Obj. i. Sententiæ hujus hætenus impugnatae patronos, non velle, essentiam Dei ut imitabilem simpliciter, esse Ideam; sed quatenus illa ut imitabilis concipiatur. Resp. Essentia divina aut consideratur prius ratione, quam sit cognoscens: sic probavimus hætenus essentiam ante actum intellectus conceptam, non obtinere rationem. Aut consideratur ut cognita, sed neque hoc modo Ideæ rationem habet; Idea enim non est essentia, sed in scientia & in intellectu, neque essentia considerata ut imitabilis, habet illam formalem, sed tantum virtuales cum creaturis convenientiam. Idea requirit convenientiam formalem. Si vero essentiam cognoscere ut participabilem, idem sit atque cognoscere, quod ex vitalis essentiæ, talis entis gradus à creaturâ participari queat; tum id nihil aliud est, quam cognoscere ipsam creaturam, quatenus ex vi eminentis virtutis Dei, talis & talis prodire potest, & hæc est revera cognitio ipsius creaturæ in Deo, quam cognitionem Idealem dicimus, Obj. II. Si idea in Deo non est ipsa ejus essentia ut imitabilis; omnia tamen in Deo sunt ipse Deus, quid ergo sunt Ideæ? An non Ens? Resp. Sunt aliquid divinæ essentiæ, non ipsa essentia (in modo concipiendi nostro) Cum tamen nihil in Deo sit accidentale, sed omnia sint essentialia quid, cumque notitia sit immutabiliter in ipso, divina consequenter substantia sit necesse est.

Dici-

Dicimus IV. Neque Thomam, Ideas ipsam esse tantum divinam essentiam ut imitabilem sine respectu ad creaturas, in conceptu Dei, intellexisse, id planum fit ex ejus ipsius declaratione ad Dionys. c. 5. l. 3. Deus etsi sit in essentia sua unus, tamen intelligendo suam unitatem & virtutem, cognoscit quicquid in se virtualiter existit. Sic cognoscit ex se posse procedere res diversas. Hujusmodi quæ cognoscit ex se posse prodire, res intellectæ dicuntur, non autem omnes hujusmodi rationes exemplaria dici possunt, exemplar enim est, ad cujus imitationem fit aliud: Non tamen omnia quæ cognoscit Deus, vel vult, vel potest producere, ut semet ipsum. Exemplaria ergo non dicimus res quasdam existentes, extra Deum, sed in ipso intellectu divino existentes rerum rationes, substantiarum factivas, &c.

THEOR. V.

Tam conceptus formalis, quam objectivus rerum producibilem, in DEO Idea rationem habet.

§. I.

Conceptus formalis dicitur, ipse mentis actus seu verbum, quo intellectus rei rationem concipit sibi que præsentem exhibet. Conceptus dicitur quatenus mentis verbum & quasi proles est: formalis appellatur vel quatenus ultima mentis forma est, vel quatenus formaliter præsentat. Hic ad omnem omnino cognitionem proportionally requiritur, quia sine rei representatione & unione, tum in intellectu expressione, cognitio nulla perficitur. Dices: Deum per nullum verbum mentis formale, adeoque per nullam speciem se & res omnes, absolute, simpliciter & perfectè cognitione complecti. Resp. Conceptus formalis est vel accidentalis; forma mentis ex imperfectione menti necessaria, transitoria & mutabilis, quomodo ob potentialitatem suam & intelligendi spheram, non simul omnem, sed successive res in individuis, vel formali & in quidditate propria, vel Ideali seu abstractivo, vel universali, & in rei, ad species vel modos contrahibili conditione, contuetur. Vel est essentialis, in Deo, ad ipsam Dei essentiam identificatus,

catus, quomodo Deus à sua intellectuione dicitur formaliter intellectua-
lis: Esse autem intellectuale ejus est quidditativum Dei attributum, ipsius
essentiam ut forma propria exprimens. Conceptus objectivus est res
illa vel ratio quæ proprie & immediatè per formalem conceptum co-
gnoscitur. Conceptus dicitur per extrinsecam denominationem à
conceptu formali, per quem objectum concipitur intellectualiter.
Objectivus appellatur quia non est forma mentis intrinsecè intellectu-
nem terminans, sed materia & objectum circa quod occupatur con-
ceptio, dicitur alias ratio objectiva, intentio intellecta. Differt à for-
mali quod hic semper (in quantum est intellectus forma determinativa)
ens reale est: deinde in intellectu existens in essentia sua non autem in
repræsentatione ens singulare est; omne enim existens singulare est.
Objectivus contra respondere potest illi tamen qui ens rationis fit,
quam univrsale aptum intellectui objici.

§. II.

Dicimus conceptum tam formalem quam objectivum de crea-
turis possibilibus in Deo, Ideæ rationem habere. Principaliter conce-
ptus formalis: utpote qui in intellectu existit, eumque determinat & diri-
git: Ideæ extrinseca sine respectu ad intellectum practicum quem di-
rigit, Ideæ rationem non obtinet, formaliter imago exterior e.g. cæsaris
non est ejus, nec alterius Ideæ, nisi quatenus hæc in artificis mentem im-
pressa secundo fit directiva actionis: secundo tamen & consequen-
ter etiam ipsa creatura ab æterno à Deo spectata in omnibus suis essen-
tialibus partibus, & modis accidentalibus, Ideæ rationem assequitur
non qua creatura possibilis, sed qua cognita per divinam essentiam; & per
existentiam talis actu producibilis est, qualis per imaginem potentiz suæ
refulget. Objectum ergo cognitum, quod non est essentia divina qua
realis, nec qua imitabilis, sed qua fundamentum est & radix unde crea-
turæ omnes, in conceptibus & quidditatibus propriis menti divinæ sisti
possunt, est Ideæ rei faciendæ quatenus terminat cognitionem divi-
nam, seu quatenus est actuale cognitionis divinæ objectum: & vici-
sim hæc cognitio divina ab objecto quasi impressa (liceat ita sed salva
Dei gloriosa simplicitate loqui) Ideæ est ejusdem rei faciendæ, qua-
tenus eadem hæc res producibilis terminatur ad esse cognitum, hoc est
quatenus inde forma propria quasi in mente Dei concepta, rem intel-
lectam

etiam exhibet. Utriusque ratio est eadem. Quod de esse cognitio
seu objecto, quatenus intellectui objicitur, adeoque divinam cogni-
tionem terminat, dici potest, id omne similiter de divina cognitione,
quatenus ad hoc esse cognitum, terminatur, seu quatenus rem possibi-
lem sibi presentissimam quasi exhibens, eam penitissime perspicit, dici
potest. Intellectus divinus, quatenus terminatur ad esse cognitum
creaturarum, ratio ac forma rei est, ad cujus imitationem res est pro-
ducibilis. Ita creatura etiam quatenus à Deo intelligitur, se habet ad
se ipsam, quatenus ad extra est producibilis, ut ratio & forma rei in-
mente opificis, ad cujus imitationem res est producibilis, ita quidem ut
res producta imitetur se ipsam, quatenus in mente divina concepta
fuit ut producibilis.

Processus formativus quasi, utriusq; conceptus, formalis in men-
te, objectivi per denominationem cogniti (secundum nostram intelli-
gendi imbecillitatem) hic est. Deus ens perfectissimum, maximum
perfectionis momentum, in totali & essentiali sui, omniumq; suæ infinite
potentiæ objectorum cognitione possidet; at extrinsecus, (cum ipse sit
omnia, & in ipso sint omnia modo perfectissimo) nullam cognitionem
assequitur, quomodo ergo ea quæ ipse non est, intelligendo assequitur?
Primo suâ essentiam seq; ipsum intuetur, unde merito essentia divina pri-
mum & principale suæ cognitionis objectum est, adeoq; & suam potentiam
non ignorat, potentia autem respectum fundat ad producibilia, & ea
quæ aliquem entitatis gradum à Deo participare possunt. Secundo ergo
intelligit se imitabilem esse à creaturis & simul modum quo sit imitabi-
lis, omnemq; rem ad quam hæc sui imitatio, seu participatio terminari
queat. e. g. vider hominem se imitari posse per communicationem
entitatis, substantiæ, materialitatis, sensus, vitæ, & intellectus, hinc
nobilissima species delineatur & exsurgit, in se quidem omnes etiam
minutissimas suas quidditates, continens; sed actu nihil, omnia in po-
tentia. Hæc speciosissima imago ut ex essentia Dei producibilis, est ob-
jectum divinæ cognitionis, & cognitio divina ad hoc terminatur. Spe-
cies quasi in Deo est, at non ficta, sed vera & terminata, seu pro objecto
habens delineatum & expressum ens potentiale. Utrumq; hoc dici-
mus Ideam. Rem ipsam scilicet, secundum quam non alia produ-
citur, sed quæ ita uti potentiæ Dei objicitur, & quomodo objicitur &
non aliter, digiro Dei per creationem eam exprimente, talis actu pro-
ducitur

ducitur, qualis in potentia se habuerat. Sed & cognitionem ipsam ideam salutamus. Idea enim essentialiter cognitionem & expressionem in mente factam importat. Hinc eleganter Martinus Meurisse l. 1. Metaph. q. 17. ait: Sicut esse cognitum creaturarum ut terminans cognitionem divinam, repræsentat sufficienter intellectui divino, rem faciendam, ita cognitio divina ut terminata ad creaturas cognitās, repræsentat etiam sufficienter eidem intellectui easdem creaturas faciendas. Dices, Sicuti res omnes ultimo existentes singulares sunt, ita omnino conceptus earum, tam objectivus quam formalis, si alias vere objectum repræsentabit, singularis esse debet. At Idea est aliquid universale in repræsentando, exemplum est in sigillo quod in se nullam formam de se exprimendam actu tenet & repræsentat; sed ad omnia individualia signa & expressas species indifferens est. Hinc argumentum: Idea in repræsentatione effectiva est indeterminata: Nullus conceptus formalis vel objectivus est indeterminatus, quia singularis est, & requirit conceptum singularem. Ergo nullus conceptus formalis vel objectivus est Idea repræsentatione effectiva. Resp. Negando Majorem. Sicuti res est vel universalis vel particularis, talis requiritur ad cognitionem ejus ipsi respondens conceptus pariter & Idea. Natura autem universalis non est Idea individui nisi quatenus in individuo continetur natura speciei vel generis: Ita animal in mente divina hominis quidem Ideam repræsentat, at non qua homo sed animal: Homo rursus in intellectu primo & infinito exhibet speciem Petri, sed non qua Petrus, sed qua homo est.

COROLLARIUM.

Qui idearum naturalium existantiam, & virtutem admirabilem agnoscunt; à vero nil alienum profitentur.

Ideæ naturales sunt virtutes specierum sui communicativæ. Sicuti Deus optimus Maximus verbo virtutis suæ universa condidit, & constantiam & perpetuitatem conditis concessit: Ita naturalia universa vel indistincta & immutabili sui continuatione; vel per generationem, fugacitatem singularium refrænantem, sui propagationem attingunt. Generabilium hæc perpetuatio fit per vim sui multiplicativam, per creationem corporibus infusam: qua cuius speciei forma determinata impressa est, sed & talis, quæ secundum suam virtutem specificam, dotes, proprietates, pulchritudinem, & propagationem sui esse,

esse, alteri sese communicare potest. Nant quarumvis specierum virtutem, quæ ipsa essentia est, cum connotatione facultatis semet in aliis secundum omnem suam similitudinem exprimendi & delineandi, ideam naturalem dicimus. Harum idearum (ut D. August. l. 83. Q. 9. 46. loquitur) participatione fit, ut sit, quicquid est, quoque modo est. Participatio illa autem in qua idearum virtus maxime cernitur, neque effectiva est qua res naturalis generando, essentiam specie, non numero eandem, alteri communicat; neque formalis qua res & specie & numero eundem essentiam alteri dat; sed imitativa est, qua communicabile omnem suam virtutem & perfectionem, certo modo agnoscendo eam, stupenda & admirabili sui imitatione in alio exprimere satagit. Hinc formarum quarumvis solertissima & sapientissima illa in generationibus industria. Hinc in fructus & semen suum, plantæ sui illam similitudinem, mirifice deponunt, quæ benigne & altitici generabilium matri, terræ commissa, fovendi, debiscere & in plantam, resolvi incipiunt: Radices, secundum omnem modum ideæ illius specificæ à qua deducta sunt, in terram disperguntur, sursum emissio stipite & trunco: interius tot venulæ, partes & coordinationes constantissimæ eminent. Formata arbore, folia, flores & fructus se ostendant, in quibus eadem figura, idem color, idem sapor, eadem magnitudo, eadem denique est dignitatum conditio, quæ in primo sui exemplari à quo semen decisum fuit, commendabilis existit. In animalibus majori solertia, sui deliquium formidans natura, se se, quam omnis artifex vel pictor, speciosius & sapientius, depingendo propagat. Si decem hominum millia (recte nonnemo contra Epicurum arguit) attente intuearis, omnia eorum corpora pari artificio constructa reperies, eandem ossium, cartilaginum, vinctulorum, nervorum, venarum, viscerum structuram, eundem contextum, figuram, numerum situm, dextra sinistris similia, totumque corpus eodem fere circino ἰσοπέπῳ invenies. Nihil in hac corporis structura se ingerit fortuitum, nihil quod sapientiæ summæ maiestatem non referat. Galenus, ut Epicuri errorem convinceret, dicebat se illi daturum centum annos, ut situm, figuram & structuram alicujus partis mutaret, neque dubitare se futurum tandem ut fateri cogeretur, non alio, nec perfectioni modo id fieri potuisse. Dicam audacius, angelos omnes, etiam si mille annos in hominis structurâ cõsumsissent, eam nec dissimili ratione, nec melius adumbraturos fuisse. Unde autem sapientiæ tanta qua quævis arbor, omnis herba omne animal, tam speciosissime, labore omnem artificium industriam longissime superante, sese exprimere & depingere potest? Unde notitia in sensuum expertibus? Illustris Scaliger Exerc. 6. s. 5. Illa virtus, inquit, (quæ species secundum sui ideam, sui diffusiva est) tam nobilis templi architecta, sapientissima ab hominibus Philo-

loso-

loſophis iudicata eſt, oportet enim fabricatricem illam non ignerare, quid quantum opus habeat, ingreſſura. Ergo cum cor edificat, ſcit, quid fit vita: cum alias molitur partes, notum habet earum partium ſinem & uſum. Excell. Sperlingius id ipſum exponens. Datur (inquit) noticia naturalis, qua recte & directe aranea, artiſcioſiſſime formant telam; formicæ nec ducem habentes, nec præceptorem, nec principem cibum ſibi colligunt eſtate, & ſapientiores ſunt. Intellectuali ergo ac ſenſuali cognitione quamvis formæ animæq; tunc careant, Naturali tamen gaudent, qua ſicut comoda & incommoda ſua norunt, ita & propria formare inſtrumenta non neſciunt. Pueris cum excidunt dentes quis novos non ſine ſolertiâ & artiſcio extruit? Anima ſane. Qua queſo cognitione? Non obiectos intuerur typos, ſed abſq; informatore, abſq; dictatore, fabricam aggreditur felicia, ſucceſſu perficit. Naturalium hanc idearum virtutem Rev. admod. & Excell. D.D. Luikemannus in mundo ſuo intelligibili ſecundum Columellam pulcherrime exprimit. In cunctis rebus præexiſtere dicit ſimilitudines propriasimè & entitates, que in eis ſunt ipſa eſſentia, & cognoscuntur ab illis ipſis naturali cognitione abditiâ innatâ; Ignis enim ſe ignem eſſe ſenit, & conſimiles ignes appetit, ad quos etiam fertur. Inimica autem entia tanquam nota inimicitia, ſibi invicem adverſantur. Ergo producons ſibi rem ſimilem, quelibet res, ideam propriam habet eſſentiam, ad cujus ſimilitudinem producit quod generatur. Et ſicut artiſex ideam propriam & excogitatam inſpiciendo architectatur artiſicata, ita natura inſtinclu Dei per ideam communicatam eſſormat quelibet naturalia. Conſtat enim inſtrumentales cauſas abſq; ideis operari; Principales autem nonniſi per ideam. Quia propter ſinem cuncta agunt. Quod autem ſinem & effectum producendum ignorat, non niſi indeterminate agit, nec certam ſpeciem producit. Ergo datur idea naturalis, ut eſſentia ignis in igne, & eſſentia auri in auro, qua & poteſt multiplicari & vult multiplicari. Sentit enim agens naturale, & appetit ſui diſfuſionem. Deus autem omnes ſimilitudines eminenter præhabet, & quelibet ſimilitudo & idea ſecundorum entium à primis eſſluit ideis, & propagatur & multiplicatur juxta participationem iſtarum primarum. Hinc ſemen ficus ficos edit, caſtaneæ caſtaneas, & frumenti frumentum. quoniam ſervat ideam, quam à generante frumento contraxit, & virtute iſtius ideæ ſemen terræ commiſſum, nutrimentum ex terrâ attractum alterat, ſue indoli aptam ſubſtantiam eſſormat. Quod alterius ſemini eſt, modo ne impediatur, non facit, quoniam ſuam modo & non alienam ideam ſequi cupit. Sic ut ferrarius ferramenta tractat, non veſtimenta. At Deus, qui omnium ideas habet, non ex animali animal, ſed undecunq; vult producit, ipſe enim eſt forma omnium formarum.

etiam exhibet. Utriusque ratio est eadem. seu objecto, quatenus intellectui objicitur, actionem terminat, dici potest, id omne simile quatenus ad hoc esse cognitum, terminatur, selem sibi praesentissimam quasi exhibens, eam potest. Intellectus divinus, quatenus terminatur creaturarum, ratio ac forma rei est, ad cuius producibilis. Ita creatura etiam quatenus a Deo se ipsam, quatenus ad extra est producibilis, mente opificis, ad cuius imitationem res est producta imitetur se ipsam, quatenus in se fuit ut producibilis.

Processus formativus quasi, utriusque concepte, objectivi per denominationem cogniti (seu sentiendi imbecillitatem) hic est. Deus ens perfectissimum perfectionis momentum, in totali & essentiali potentia objectorum cognitione possidet, atque omnia, & in ipso sint omnia modo perfectissima. Primo sua essentiam sequi ipsum inuenitur, unde ipsum & principale suae cognitionis objectum est, non ignorat, potentia autem respectum functionis quae aliquem entitatis gradum a Deo participat intelligit se imitabilem esse a creaturis & simul omnibus, omnemque rem ad quam haec sui imitatio, si fiat, queat. e. g. videt hominem se imitari posse potentiam entitatis, substantiae, materialitatis, sensus, nobilissima species delineatur & exurgit, in minutissimas suas quidditates, continens; sed potentia. Haec speciosissima imago ut ex essentia objectum divinae cognitionis, & cognitio divinae species quasi in Deo est, at non ficta, sed vera & realis habens delineatum & expressum ens potentiam. Ideam. Rem ipsam scilicet, secundum se dicitur, sed quae ita uti potentiae Dei objicitur, non aliter, digito Dei per creationem eam esse

the cognito
m cogni
nitione,
a possibi
plicit, dici
ognitum.
es est pro
e habet ad
na rei in
quidem ut
concepta

is in men
am intelli
aximum.
ae infinitae
m ipse sit
gnitionem
assequitur?
divina pri
potentiam
bilia, & ea
undo ergo
it imitabi
terminari
ationem.
ctus, hinc
nes etiam
unia in po
lis, est ob
atur. Spe
ro objecto
hoc dici
lia produ
bjicitur &
s actu pro
ducitur

